

*Deo acquiesco, certo statuens, non solum aliis,
sed mihi quoq; remissionem peccatorum, ater-
nam justitiam & vitam donatam esse, idq;
gratis ex Dei misericordia propter unius Chri-
sti meritum.*

Quæst. 22. Quænam sunt illa, quæ ne-
cessere est hominem Christianum
credere?

R e s p. Omnia, quæ nobis in Evangelio promittun-
tur: quorum summa in Symbolo Apostolico,
seu in capitib. Catholicæ & indubitate omnium
Christianorum fidei, breviter comprehenditur.

Quæsivimus haec tenus anxiè & solicite Me-
diatorem nostrum.

*Gratia autem Deo aeternum, quod eum cum
Philippo Apostolo invenimus, de quo
scripsit Moses in lege & Prophetæ; nem-
J.C.D.N. Joh. i, 46.*

*Lauds Deo, quod invenimus quem anima
nostra diligit, qui pascit nos & curat
recubare meridie. Canticorum 1,7.*

*Solus hic fundamentum est salutis nostræ. 1. Cor.
3, II. Ephes. 2, 20.*

Et quidem firmum. Matth. 16, 18.

*Ergo fundamentum hoc, doctrinamq; hanc,
sartam rectamq; ut retineamus & con-
servemus, ad summam diligentiam nihil
prætermittamus.*

*Supereft jam secunda secundæ pars, liberationis
per Christum partæ; de applicatione Media-
toris istius per veram fidem.*

Qua